



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

Post Parasceuen sequitur sab-
 batum sanctum. Sicut enim
 completis operibus creationis die se-
 ptimo requieuit Dominus ab om-
 ni opere quod patrarat: ita com-
 pletis operibus recreationis septi-
 ma die Dominus in sepulchro re-
 quieuit. Incipit autem officium
 illius diei à benedictione cerei, quæ
 à Diacono debet fieri, sicut præ-
 ceptum est ex constitutione Papa
 Zozymi. Significatur autem iste
 cereus per columnam nubis, quæ
 filios Israël in nocte illuminauit.
 Unde in benedictione cerei dici-
 tur: Hæc igitur nox est, quæ
 peccatorum tenebras columna illu-
 minatione purgauit. Secundum
 autem consuetudinem Romane Ec-
 clesie eodem die benedicatur cera
 oleo mista, & inde debent agni fieri
 usq; ad octauas paschæ reseruandi:
 in qui-

Absolu-
 tis Para-
 sceues
 mysterijs
 tandem
 peruenit
 ad sabba-
 tum san-
 ctum: cu-
 ius quo-
 que my-
 steria
 nūc ape-
 rit & c.
 narrat.
 Gen. 2.
 Matt. 27.

176 DE OFF. EPISC.

in quibus omnibus significatur agnus pro nobis immolatus ad memoriam reducendus. Ea verò die generalis in Ecclesia celebratur Baptismus, eò quòd suam efficaciam sortitus sit ex passione Iesu Christi. Unde legitur prima lectio de Genesi, quæ pertinet ad sanctificationem Baptismi. Unde scribitur: Spiritus domini ferebatur super aquas.

Gen. I.

Ibidem.

Alia autem de causa legitur lectio de Genesi, scilicet: In principio creavit Deus coelum & terram, &c. quia mysticè per opera creationis intelliguntur opera recreationis, quibus completis eadem die requievit Salvator. Leguntur autem lectiones sine titulis, tum quia Christus caput nostrum nondum est nobis redditum; tum & propter Neophytos, qui nondum etiam habent notitiam scripturarum, quibus non expedit præmittere nomina librorum.

rum. Secunda lectio similiter per-
 tinet ad Baptismum, quæ est ex
 Exod. Hoc, scilicet, factum est in Exod. 14.
 vigilia matutina, &c. ubi agitur de
 submersione Aegyptiorum, & de
 transitu maris rubri; per quæ figu-
 ratur remissio peccatorum in ba-
 ptismo, & transitus de tenebris pec-
 catorum ad poenitentia desertum.
 Cum enim, teste Apostolo, Christus
 mortuus sit propter peccata nostra,
 & resurrexit propter iustificatio-
 nem nostram; debemus & nos trans-
 ire de morte culpæ ad vitam gloria,
 de Aegypto, id est, de tenebris pecca-
 torum, debemus transire ad clari-
 tatem virtutum. Notandum autem
 quod officium huius diei in vespera
 debet celebrari, quia pertinet ad re-
 surrectionem. Similiter & vigilia
 illius noctis non debent appellari te-
 nebra, sed potius gloria resurrectio-
 nis. Tertia lectio legitur de Esaia:
 Appre-

- Esa. 4.** *Apprehendent septem mulieres unum, &c. In qua ostenditur quod gratia spiritus sancti & donum septem in Baptismo dentur baptizatis, plenissime tamen fuerunt in Christo. Unde super prædictum locum Esaiæ dicit Origenes: Spiritus sanctus in alijs sanctis inuenit habitum spiritum tribulationis, in solo Christo habuit domicilium quietis.*
- Deut. 31.** *Quarta verò lectio est Deuteronomio: Hoc scilicet scripsit Moyses canonicum, & docuit filios Israël, quæ pertinet ad instructionem renatorum. Quinta verò lectio est Baruch.*
- Bar. 3.** *Hæc scilicet audi Israël mandata vocata, &c. ubi agitur de promissione premiorum, quæ per Christi passionem baptizatis fidelibus largiuntur. Lectio autem lectionibus vadit processio ad fontes cum latanijs. Immittitur autem cereus fonti, ad designandum quod tactu suæ mundissimæ carnis*
- vini
Pra
nam
pre
lore
tene
dat
tra
nati
& ig
font
cum
rieel
pert
Post
Glor
sant
vini
ne
Cole
sto,
Al
stat
vino

vim regeneratiuam contulit aquis.

Præterea cereus significat colum-

nam ignis & nubis, quæ filiis Israël **Exod. 13.**

præstabat refrigerium contra ca-

lorem, & illuminationem contra

tenebras noctis. Sic virtute Christi

datur baptizatis refrigerium con-

tra incontinentia vitiorum, & illumi-

nationem contra tenebras cecitatis

& ignorantia. Sanctificatis autem

fontibus redit processio ad chorum

cum latanijs; & sine introitu à Ky-

rieleyson in officium Missæ, quod

pertinet ad gloriam resurrectionis.

Postea verò alta voce cantatur

Gloria in excelsis, & tunc pul-

santur omnes campanæ in signum

vniversalis letitia de resurrectio-

ne. Postea legitur Epistola ad

Coloss. Si consurrexistis cum Chri- **Colof. 3.**

sto, &c. Postea alta voce cantatur

Alleluia. Et quia grandis re-

stat labor post primam resurre-

ctio.

Etionem donec veniatur ad secundam, ideo sequitur Tractus: Laudate dominum, &c. Postea verò legitur Evangelium secundum Mattheum. Vespere autem sabbati, &c. Illa die non cantatur Offerenda: quia oblatus est Christus, qui est vera hostia, & propter hoc quod sancte mulieres latenter & cum silentio ad monumentum venerunt cum aromatibus. In illa Missa osculum pacis non datur; quia Christus qui est pax nostra, nondum à mortuis suscitatur.



Explicit Tractatus de officio Ecclesie.